locis. ¶ Itē in chronica per Rodericū archiepm Toletanum composita legit, q̄ Iulianus Pomerius de gñe Iudæorum vñ fuit in doctrina dñi præclarus: q̄ sua virtute, & prudētia fuit in archiepm decoratus: & in fidei fauorem librū cōposuit trinæ substantiæ. ¶ Legitur etiā de alijs q̄ plurimis prælatis religiosis, fidelibus xpianis, q retro tēporibus, & nostris fuerunt: & sunt nationis illius boni, fideles virtuosi diuersorū statuum suis moribꝰ approbati: nō ergo fideles nouiter ad fidē catholicam conuersi sunt dedignādi, sed suffragantibus meritis ad bonos mores vita eos perduxit. Hi eñ sunt q venerūt de magna tribulatione, & lauauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Apo. 7. ¶ Quinto inqt si de gētilico pplo nō dubitamus conuersos ad Cristi fidem saluari, nec dubitandū est de his q de populo Israelitico ad Xpianā fidē nouiter venerūt, q ab antiqs non differūt per. s̄. allegata. ¶ Item de eis expsse loqtur dominus per pphetā Isai. 10. Reliquię Israel in veritatē cōuertentur: de qua auctoritate fit mētio in glo. ca. Iudæorum. 28. q. 1. vnus eñ dñs refundit auditū in alto, cuius Petrus auriculam percussit fm pphetica dicta, demonstrans, & ipsos si conuertant, posse sanari, q in passione Xpi vulnerati sunt: vt est expssum in. c. si Petrus. 24. q. 1. concor. quod rex Alfonsus statuit in legibus: q̄s generaliter pmulgauit in curijs d Alcala. in. l. quæ incipit, porque se halla q̄ el logro. Vbi dicit, q̄ eo q̄ Iudæi fm pphetias sunt ad fidē conuertēdi, & saluandi, possunt emere hæreditates, & c. & Idē Isaias. 45. Israel saluatus est in dño salute æterna & 47. qui congregat dispersos Israel: adhuc congregabo ad eum oēs congregatos eius & c. q̄ dñi præordinatione factum est, & fit quotidie: indocti aūt isti iam congregatos dispergere contendunt. hoc etiā euangelica lege pbat. Matth. 15. nō sum missus nisi ad oues q̄ perierant domꝰ Israel. æqualiter namq; saluant noui sicut antiq sine aliqua differētia: cū tantam mercedis quantitatē dñs dedit sero venièti ad laborandum in vinea sua, sicut diluculo venièti: dicit inquit ipse: erūt primi nouissimi, & nouissimi primi. Matth. 20. Luc. 13. tm̄ enim effectum & virtutē nunc operat sacri baptismatis vnda sicut tēpore beati Petri apostolorum principis: aliud asserere est manifesta hæresis. vñ ait dñs Io. 10. turbis Iudæorū, alias oues habeo, q̄ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere: & vocē meā audiēt, & fiet vnū ouile, & vnus pastor: nā xps inquit, pater serua eos quos dedisti mihi, vt sint vnū: sicut & nos, nō pro his rogo tm̄, sed pro his q crediturí sunt p verbum eorū in me: vt ipi nobis vnū sint, & mūdus credat, qa tu me misisti: vt. c. cū Marthe. §. q̄siuisti. in fi. de cele. missa. & c. 1. 35. q. fi. circa medium. Hi eñ q sacrilego, & temerario ausu cōtrarium asserunt, negāt dñi verbum validū esse & firmū, vt ibi: oues nāq; Xpi eū cognoscāt, non ergo est diuersa fides, sed vnica: non diuersimodè operat baptismꝰ in nouis sicut in antiqs. Cū ergo non differunt in fide, nec in saluatione, nec in alijs differunt, cum nulla adsit ratio differentiā talē suadēs. vnde Paulus ad Gala. 4. misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege: vt eos q sub lege erāt redimeret, vt adoptionē filiorū reciperemus, & c. vnde ait dñs per pphetam Isai. 49. parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob: & fœces Israel conuertendas: dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea ad extremum terrę. ¶ Item Petrus aduenis dispersionis inquit, vos autem genus electum, regale sacerdotium: gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius qui de tenebris vocauit nos in admirabile lumen suum: qui aliquando non populus, nunc autē populus Dei: & q nō consecuti miam: nunc autē miam consecuti. 1. Pe. 2. ca. quo æqualem namq; fidem noui sortiti sunt sicut & veteres, & effecti sunt diuinę cōsortes naturæ. 2. Pe. in pri. vnde Augusti. super Io. ecclesia q̄ ante legem peperit Abel, & Enoch, & Noe, & Abrahā ipsa perperit tēpore legis Moysen, & prophetas bonos tēpore posteriores. ante dñi aduentū: & quæ istos ipa, & apostolos, & martyres nostros & oēs bonos xpianos peperit diuersis tēporibus, nati apparuerunt: sed societate vnius populi continentur, & eiusdem ciuitatis ciues, & c. vt est expressum in. c. recurrat. 32. q. 4. temeraria ergo videtur differentia, quam hi zelo vltionis, & odij faciunt inter xpianæ religionis fideles antiquos & nouos: ob quam hæreticum & absurdum asserere vidētur sub xpianorū velamine: q̄ si baptismus, & qui ianua est omnium sacramentorum, & fidei fundamentum oīm. s. careat virtute, ministerio & effectu. s. nouiter aqua sacri baptismā abluti salui non fierent: & officia, seu beneficia sicut antiqui non obtinerent: & sic videt ob hoc caput truncare fidei. 1. q. 1. illi. de quo baptismo dñs loquitur per pphetam. Ezechie. 36. & de conse. di. 4. ca. nec quenquā: & aspergā super vos aquā mundā, & mundabimini ab omnibus immundicijs vestris, & ab omnibus inquinamentis vestris mundabo vos, & dabo vobis cor nouū, & spiritum nouum dabo in vobis: nō enim operaretur in nobis tanti sacramenti effectus: cum baptismus valet ad hoc vt baptismati Xpo incorporētur, & membra eius fiant, & consepeliantur, & oblati per sacramentū, charitatemque fidelium reconciliētur Deo: vt in eo viui, salui, liberati, redēpti, illuminatiq; fiāt: vt. ca. ad hoc. de cōse. di. 4. nā per sacramētum baptismi Xpi sanguine rubricatis culpa remittit, vitatur periculum, & ad regna cœlorum etiā peruenit: cuius ianuam Xpi sanguis fidelibus suis misericorditer reserauit: vt. ca. maiores. §. caute. de baptismo. per baptismum nanque renascitur hō. vt. c. 1. de cōse. di. 4. & caro pcti euacuat. e. di. c. 2. originale & actuale peccatum abolet, vt. c. firmissime. & c. ex quo. e. di. & baptizatus grām accepit vitæ cœlestis. vt. c. nō pōt. e. di. per aquā autē baptismi de terreno fit homo cœlestis, trāsit de pctō ad vitā, de culpa ad grām, de inquinamēto ad sanctificationē, & qui per hāc aquā transit, non moritur sed resurgit, de conse. di. 4. ca. per aquam. Dñs nāq; noster iesus Xps per lauacri regenerationem oībus remissionē peccatorū dedit. Matth. vlti. & c. cito. 1. q. 1. ¶ Qua ergo fronte hi indocti inefficaci contendunt, penitus effectus facere sacramenti baptismi, & eiꝰ virtutes oino tollere: & sanctā fidē destruere xpianā, per crudelissimā autē, & insanissimā illorum vesaniā omne cœlestiū sacramētorū lumē videt extinctum, suscitant enim scandalum, inter quos vnū euangelium pdicat, quod non licet vt. c. Deus qui. de ui. & hoc. le. q̄ plurimi nāq; olim fuerunt, & nūc etiā sunt de cōuersis ad Xpi fidē, qui in moribus & in fide proficiūt, vt c. Iudæorum. in. fi. 28. q. 1. & si ad bonum propositum ad-

adhuc in mētis teneritudine esse cōspiciunt, despiciēdi non sunt: q̄a frumentū Dei ab herba incipit vt granum fiat, & per incremēta meritorū ad summū perducūtur, vt.c.dum sanctā.circa fi.de pœni.di.2.¶Ecclesia autem, quæ prius doluerat de aduersis atque peruersis, postea gaudet de reuersis atq; cōuersis:de conse.di.2.c.ego Berengarius.in fi. Schismatici vero, nec non & pacis hostes cōtrarium incōsiderate sentientes,negāt vnā sanctam & apostolicā eccliam. Oēs nāq; fideles appellantur vnū corpus, siue vna ecclia per fidē & charitatē,siue perfectionē grię:de summa trini.c.2.cuius caput ē Xp̄s. 3.q.4.engeltrudā.itaq; alter alterius onera portet. 50. di.ponderet.notat glo.in.c.dilecta.de excessi.præla.negant vnū baptisma in remissionē peccatorū,in qb⁹ nr̄a vera fides cōsistit:vt in simbolo cōtinet:obstinatè vt asserunt dicēdo non æquè,& æqualiter baptismū in omnib⁹ antiqs,& nouis quo ad oēs effectus operari: negare enim nō possunt q̄ ppl'us à quo nr̄a redēptio ꝓcessit,sed virgo sanctissima saluatoris genetrix,necnon & sancti eius apl'i martyres,& cōfessores,à qb⁹ ecclia dn̄i est fundata:est excelsior cūctis gentibus quas dn̄s creauit in laudē,& nomē,& gl'iam suā:& est populus sanct⁹ dn̄i.Deutero.26.circa fi.q̄ asserit Isai.40.circa fi.inqēs: populus autē tuus oēs iusti in perpetuū hæreditabunt terram.s.terrā viuētium,quæ est populus qui creabitur laudauit dn̄m:facit ad hoc q̄ Iudæis dicitur in psalm. 28.iam & securi bibite sanguinem,quē fudistis.Idē psal. 75.ipsum sanguinē,quē per insaniā fuderunt, per gratiam biberunt:de conse.di.2.c.accesserunt: nullus ergo est iam reatus in eis cum æqualiter cūm alijs salui facti sunt,&grām dn̄i consecuti sunt per baptismū:quod est expressum in.§.sed his exēplis.1.q.4.vbi non tenentur de peccato aliorū nisi imitatores neqtiæ.qcunq; em̄ de semine Esau,& cæterorū ad dn̄m cōuersi paternā maliciam detestati sunt,nō odium sed Dei clemētiam experti sunt:nō ergo sunt à religiōe xp̄iana alieni nouiter ad fidem cōuersi:nec ab officijs publicis cūin fide & meritis non differunt ab antiquis,vt dictū est:patet hoc expresse,Deuterono.33.in fi.vbi inquit:Beatus tu Israel. quis similis tui popule,q saluaris in dn̄o: scutum auxilij tui,& gladius gloriæ tuæ:negabunt te inimici tui, & tu eorū colla calca. Vsq; adeo autē cōtrarium asserētes calumniandi cupiditate cæcant: vt non attendant quātā in xp̄iano pp̄lo schismā nutriant,cupiditate, auaritiaq; pleni vsurpatione dānabili hoc attētant:vt nō habeant in mundanis bonis cōpossessores,& dominādi cupiditate inflāmati:& fastu dn̄ationis elati non desiderāt haberi cōsortes:intrent em̄ vnitatis societatē: nec se ipsos iustos prę sumāt,& Xp̄i fide plenos, alios vero iniustos putent:& religionis xp̄ianæ alienos veniant in vni⁹ cōpagine corporis:ne ab eo mēbra sua.i.xp̄i fideles prendant,& fidē diuidant,diminuātq; xp̄ianam:ne vt lupi q sub specie ouium subintrauerunt bestiali sæuitia fideles audeant lacerare: & q̄ sibi fieri volent alijs inferre præsumant.2.q.6.ca.decreto.in fin. nec oues dilanient Christi,& ab ouili fugere,quas pastor collegit,faciant: quæramus iniustos,ne iniusti permaneant: quæramus perditos,vt de inuentis gaudere possimus,dicentes:Lu. 15.frater noster reuixit,& inuentus est. Accipiant ergo vnitatem spiritus in vinculo pacis, sine qua nemo Deum videre poterit.vt.c.quemadmodum.23.q.7.

¶ Sexto autem euidentissimis rationibus differentia iam dicta,improbatur. Augustinus inquit, Vndecunque homines nanscantur,si parentum vitia non sectāt, honesti,& salui erunt.Semen enim hominis ex qualicūque homine, Dei creatura est:vt.c.vndecunque.56.dis. vnde Io.Chrysostomus super Matth.omelia.4. Nunq̄ de vitijs erubescamus parentum,sed vnum illud quæramus,semper amplectamur virtutem, & sequitur. Non est omnino nec de virtute,nec de vitio parentum aut laudandus aliquis,aut culpandus. Nemo inde vere aut obscurus,aut clarus est:immo etiam, vt consideratius aliquid dicamus,ac expressius, nescio qua occulta Dei dispositione,quomodo ille non magis resplēdet ratione parentum à virtutibus prorsus alienus, ipse tamen fuit Dei virtute mirabilis:vt.c.nunq̄.56.di. ¶ Item Hieronymus in epistola contra Rufinum, nasci de infidelibus,non est eius culpa qui nascitur.Nam sicut in seminibus non peccat terra quæ confouet,nec semen quod in sulcis iacitur, non humor,vel calor quibus temperata frumenta,vel germen pullulant.Et sequitur,noli despicere bonitatem figuli qui te creauit:plasmauit, & fecit,vt voluit:ipse enim est Dei virtus,&Dei sapientia:q̄ in vtero virginis Mariæ ædificauit sibi domum inepte inter viros sanctos apostoli voce numeratus meretricis est filius:Esau de Rebecca:& Isaac ispidus tam mente q̄ corpore:quasi bonum triticum in lolium auenasq; degenerat:quia non in seminibus sed in operatione nascentis causa vitiorum est,atq; virtutum:vt.c.nasci.56. di.non ergo parentum,sed propria culpa quęq̄ condēnat,iuxta illud: Vestes quas gerit sordida lana fuit. Seges enim,quæ leprosa manu seritur, munda tamē metitur:vt.c.q̄ de Christo.1.q.1.Vnde Hieronymus. Dominus noster Iesus Christus voluit non solum de alienigenis,sed de Mohabitis,sed & de adulterinis commixtionibus nasci.s.de Thamar nobis magnam fiduciam præstans:vt qualicunque modo nascamur tātum eius vestigia imitemur,ab ipsius corpore nō separemur:cuius per fidē mēbra effecti sumus.c.dominus noster.56. di.pro eo ergo q̄ nouiter conuersi filij sunt infidelium, si virtutes in eos conueniant non debent reijci, sed suffragantibus meritis debent recipi. Concor. quod ait Cicero contra Salustium: Sanctius est meis gestis florere quam maiorum opinioni niti: & ita viuere vt sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exēplum: Vnde Hiero. ad Celanciam. Sola apud Deum libertas non seruire peccatis,summa apud Deum nobilitas clarum esse virtutibus immortalitatis. Namque verba illa credenda sunt, siue committenda qui obtinet bona virtutum:vt.c.in mandatis.63.di.&.c.laici.23.dist.non enim loci,non gentis nobilitate, sed virtute vnusquisque gratiam comparat sibi:vt.c.illud autem.40.di.&.c. venerabilis.de præben. & dig. omnis namque creatura Dei & bona:& nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur.1.ad Thimoteū.4. Si ergo in his non est habenda ratio parentum vel generis, sed vnusquisque secundum merita accipit,insanum, & penitus absurdum est differentiam dictam facere. ¶ Septimo, præterea licet de genere Iudæorum quis originem ducat,si tamē diuina gratia Christi fidem suscipiat pro eo

ꝙ Iudæ⁹ existit dedignari nõ debet, imo bñficia in Dei eccl'ia digne asseq põt: vt est exp̃ssum in.c.eã te de rescriptis: vbi dicuntdocto. ꝙ immo fauore talis dignus est æstimãdus: vt ibi no. Expresse etiã hoc cauet in extrauaganti.Io.22.quæ incipit. Dignũ arbitrãtes, & iuri consonum renatos fonte baptismatis Iudaica cæcitate dimissa amplioribus fauoribus, & gratijs q̃ ante habuerant: præcipit ergo & mãdat vniuersis, & singulis, tam clericis, q̃ laicis: vt eis nullã molestiã inferant: nec ab alijs inferre permittant, sed ipsis, in his, & alijs se fauorabiles exhibẽtes, ipsos ab iniurijs, & molestijs protegant & defendant: vt sic de seruitute ad libertatẽ se transisse percipiant, &c. melioris nãq; conditionis ad fidem conuersos esse oportet q̃ antequã fidẽ susceperũt habebãtur: vt in.c. Iudæi.2.de Iudæis. ꝙ non esset si differentia iam dicta inter nouos & antiquos locum haberet. Idem statuit sancta synodu: cõcilij Basilien. vbi neophitos ipsos à detractionibus, & contumelijs paterna affectione mandat defendi: & qm̃ per grãm baptismi ciues sanctorum & domestici Dei efficiunt, longeq; digni⁹ sic generari spiritu quam nasci carne illa edictali lege sancta synodus statuit: vt ciuitatũ, & locorũ in q̃bus sacro baptismate regenerantur, priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus gaudeant, q̃ xp̃iani duntaxat natiuitatis & originis alij cõsequuntur: ideoq; rex Io.1.in curijs quas fecit Soriæ petitione.21.statuit, ne aliquis iniuriã inferat verbo, vel aliàs nouiter ad fidẽ Xp̃i venienti sub graui pœna: ne huius occasione p̃textu alij infideles ad xp̃ianam fidẽ cõuersi formidẽt. Hoc idem firmat ista lex: & hoc expresse continet de iure istius regni.7.parti.ti.24. l.6. quę disponit, ꝙ nouiter ad fidem xp̃i conuersus nõ est à xp̃ianis ob generis cõmemorationem vituperandus: imo succedit cum fratribus Iudæis: & potest habere officia & honores xp̃ianorum. Contrariũ temerarie asserere est contra ius expressum: vt supra satis liquet.

¶ Octauo, licet aliqui nationis Israelitici populi in hæresim incidant, seu in aliqua superstitiõe, vitioq; culpabiles existant, vel ad ritus seu mores reuertant Iudæorum, hi tm̃ legitime sunt commonendi, & puniẽdi: & si incorrigibiles, & relapsi fuerint, vt hæretici sunt dãnandi: vt.c. cõtra xp̃ianos de hęreticis li.6. nõ tñ propter malos sunt boni deferendi, nec tã turpiter sunt afficiendi: sed propter bonos mali sunt tolerandi: vt.ca. q̃ magnũ. &.c. tu bonus.23.q.4.&.§. cum autem.7.q.1. ne p̃pter paleã areã dñi relinquamus: ne propter pisces malos retia domini rumpamus: vt.c.1. in fi.23.q.7.&.2.q.1.cap. multi. vnusquisq; enim onus suum portabit: nec præiudicant aliena peccata: vt.c. si quis.&.c. forte.23.quæ.4. & actores sua peccata tenere debent: vt.c. q̃siuit. de his q̃ fiunt à maiori parte capi. imo zizania debet permitti crescere, ne cũ ea eradicet & triticũ: vt.c. nolite.11.q.3. ne isti indocti iuste asserere valeant, ꝙ si aliqd de Israelitico genere ad ritus redeunt Iudæorum, vel in hæresim sunt relapsi, ꝙ oẽs gñis illius sint tales: q̃a legimus plurimos hæreticos ex xp̃ianis antiquis ab eccl'ia recessisse: qui ex nomine suorum auctorũ nuncupant. Quidã vero ex causis quas eligẽtes instituerũt: vt Simoniaci menẽdriani, Nicholayte, Orphite. Arriani, & alij q̃ plurimi sicut & nunc Toletani: de quibus infra.c.pe.& fi.24.q. fi.&.7.parti.l.13. in prin. aliasq; abhominabiles sectas factore malorum operum hoc procurãte, per malignos homines, & pessimas mulieres insurrexisse: vt in cle. ad nostram: de hæreticis. A quibus aduersus catholicam fidem varię hęreses sunt exortæ: & ab apostolis & sanctis patribus prædamnatæ: non tamẽ propter illos vniuersaliter omnes christiani sunt hæretici. ¶ Item in generali concilio Constantiæ quidam religiosi de hæresi conuicti, sunt igne consumpti: non tamen propter hoc est dicendum, ꝙ omnes religiosi sunt hæretici. ¶ Item nunc nostris temporibus in dãnatione Vizcayę, quidã Vizcayni sunt de hæresi dãnati: nõ tamẽ propter hoc omnes illi sunt vniuersaliter hæretici. Nam multos diuina prouidẽtia omniũ nationum diuersi erroris hæreticos esse permittit. ¶ Itẽ olim Græci, & nunc Bohemi ab ecclesia Dei recesserunt, & diuisos errores cõtra catholicam fidem perfidè sustinere cõtenderunt: tamen cum ab hæresi reuersi sunt, per catholicos iuste fuerũt recepti: & in suis officijs & ordinibus per Pau. fuerunt restituti, quod licuit: vt.c. si quis.&.ca. conuenientibus. 1.q.7. quantomagis est dicendum de Iudæis quos nunc lucratur ecclesia. Nam blandius etenim pia mater amplectitur, & de illis multo amplius quã de his quos nunquam p̃diderat gratulatur.23.q.7.c. schismatici. ¶ Pro his enim dissensionibus schismaticorum, & hęreticorũ: qui quadã simulata sanctitatis specie hoc faciunt, qui oculos diuinæ maiestatis offendunt, & graue in se continent periculum animarum, nõnũquã ecclesia Dei cõcussa periclitatur. Nam cum isti noui fideles vident, sectione illa se esse à Christi confidelibus segregatos, ab officijs publicis separatos, necnon & grauissime diffamatos, leuiter perpendent sacri baptismatis vnda non esse ablutos: nec virtus baptismi aliquid operari: & esset occasio, vt in hæresim laberetur: quod est contra.c. qui syncera.45.di.&.cõtra.c. multi in vnum.2.q.1. vbi laborare debemus eos lucrifacere: vt mansuetudine, & ratione prouocati sequi nos velint, non fugere. Paulus enim nullam mercedem à Deo dicebat sperare: nisi cum lucrifaciebat eos qui sub lege erant. ad Roma. 9. Nam dando, honorando, & loquendo debemus infidelibus blandiri, vt conuertantur: notat glo. in.cap. quãpio.1.quæst.2. ¶ Item propter hoc scandalum pax generalis ecclesiæ periclitatur: & oues Christi diminuuntur: & ab ouili fugiendo lupus eas deuorat: notatur in c. tolerandi.&.c. quid ergo.&.c. quisquis.23.quæstio.4. necnon contagium, & calamitas in gregibus crescit, cõtra id quod in lata gente gloria regis, in diminutione plebis contritio principis. Prouerbiorum.24.&.§. item Dauid.1.quæst.4. Nec videtur ab his Christi fides exhiberi, à quibus eius passio, scilicet ecclesia euacuatur: vt c. aduocauit.24.q.1. ¶ Item licet aliquĩ infidelium deuotionis feruore ad veram Christi cognitionem deuenire vellent: & Dei gratia animas suas saluare, ad fidem Christi non conuerterentur: ne iniurijs & contumelijs propter dictam differentiam afficerentur: & propter alia quã plurima dãna, quę huiusmodi occasione per incitationẽ diabolicam, & nefandam peruersorum audaciam euenire possunt, qui fide carẽt xp̃iana: eo quia detrahere, ac separare contendunt Christi membra. s. fideles à corpore domini nostri: vt.c. aduocant.24.quę.1.& vnitatem fidei non tenẽt: vt.c. teneamus. cũ.c. se.1.q.1.

¶ Nunc

¶ Nunc autẽ restat ad ea q̃ in contrarium inducta sunt respondere. Primo eñ nõ obstat sñia dñi iam allegata, dicentis. 40. annis &c. quia Paulus ad Hebræ. 3. &. 4. illa verba expon ẽs & declarans, dicit, ꝙ intelligunt tãtũ de his quorũ cadauera per incredulitatẽ & peccatũ in deserto sunt prostrata: & nõ solum de his, sed etiam loquuntur de oĩbus non credentibus: ingrediemur tñ in requiem hi qui crediderimus: vt ipse Paulus latius asserit, & dicit, vbi supra, & sic temerarie verba illa ab insistẽtibus sunt intellecta, indoctéq; ꝓlata: incommutabilis nãq; Deus, idéq; semper existens Dei summa natura sepe in sacris literis legit mutare ꝓmissa: & per misericordiam temperasse sententiã: vnde licet sit impassibilis, & incõmutabilis: crebro tñ eius & iuramẽta legunt: & pœnitentia quæ sacris stãt ministerijs adaperta. Iurare nãq; Dei est à seipso nullatenus ordinata cõuellere. Pœnitere vero est eadẽ ordinata cũ voluerit, immutare. Sic enim per Iere. 18. c. dicit: repetente loquar aduersus gẽtem, & aduersus regnũ, vt eradicẽ, & destruã, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gẽs illa à malo. i. à peccato suo, agã & ego pœnitentiã à malo ꝙ cogitaui facere ei. nouit nãq; Deus mutare sententiam si tu noueris emendare delictũ: & hoc exẽplo regis Ezechiel. quem Isaias dixit moriturum, & vivitũrũ: q̃bus dictum fuerat: adhuc. 40. dies sunt, & Niniue subuerteť: & tñ ad p̃ces Ezechi. & ciuitatis sñia dñi mutata est: nõ iudicij varietate, sed eorũ mutatiõe: ꝙ cõuersi per pœnitẽtiã meruerunt liberari: vt. c. quãobrẽ. & ibi glo. de pœni. di. 1. mutat enim Deus suã sñiam non in hoĩes sed in opera quæ mutata sunt: nec enim hoĩbus irascit, sed vitijs: vt ibi. Cũ ergo per baptismum renascitur homo, & per sacrum lauacrum deponunt præterita peccata, & homo fit nouus: restat ꝙ per mutationem vitæ, & mundificationem peccatorũ videť sententia dñi mutata: & licet Deus dixit ad populũ Israel: tota die expãdi manꝰ meas ad populũ nõ credẽtẽ. Dico ergo nunquid repulit dñs populum suũ: absit, ad Roma. 10. non eñ in perpetuũ irasceť: nec in æternum cõminabit: non ẜm peccata nostra fecit nobis, nec ẜm iniquitates nostras retribuit nobis, & sequitur: misericordia aũt dñi ab æterno & vsq; in æternũ sup timẽtes eũ quõ misereť pater filiorũ misertus est dñs timentibus se: q̃m ipse cognouit figmẽtũ nr̃m psal. 2. ¶ Itẽ licet Deus ꝓ eorũ peccatis tradidisset eos in manibus gentiũ, & dñati sunt eorũ qui oderunt eos. &c. Dñs tamẽ vidit cum tribularenť, & audiuit orationem eorũ, & memor fuit testamenti sui, & pœnituit eũ ẜm multitudinẽ mĩę suę. psal. 105. Dñs inq̃t p ꝓphetam. sal. 88. disposui testamentum electis meis: iuraui Dauid seruo meo, vsque in æternum præparabo semen tuum, &c. & sequit. In æternũ seruabo illi mĩam meam, & testamẽtũ fidele ipsi: & ponã in seculũ seculi semẽ eiꝰ, & thronus eius sicut dies cœli. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis nõ ambulauerint, si iustitias meas profanauerint, & mandata mea nõ custodierint, visitabo in virga iniq̃tates eorũ, & in verberibus peccata eorũ: mĩam autẽ meam non dispergã ab eo: nec nocebo in veritate mea, nec profanabo testamentum meum: & quæ procedunt de labijs meis nõ faciam irrita. Semel iuraui in sancto meo si Dauid mẽtiar semen eius in æternum manebit. Idem prophe. psalm. 77. Attendite popule meus: vbi licet Dominus eos tradidit in captiuitatem, & plurimos gladio cõclusit, & eos expreuit: sed in fine ædificauit, sicut vnicornis sacrificium suum in terra quam fundauit in seculo: & elegit regem Dauid. s. saluator ẽ nostrũ, vt pasceret Iacob seruũ suum, & Israel hæreditatẽ suã: vt in eodẽ psal. in fine: auctoritas ergo cõtraria solum loquiť eodem statu manẽte. s. de his q̃ in hæresi permanent, vel in infidelitate: nõ tamen loq̃tur de his q̃ grã Dei resurgunt à lapsu: vt. ca. ponderet circa. fi. 50. di. & incipiũt esse qui nunq̃ fuerũt: vt in. c. ferrum. ea. di. nã cum improbitati renunciatur, statim asciscitur virtus. Egressus enim maliciæ virtutis operatur ingressum: eodem quoq; studio quo crimẽ excluditur, innocentia copulat, & per cognitionẽ veritatis Dñs errata abscondit: vt. c. cũ renũciatur. &. c. apud misericordem. 32. q. 1. aperta nãq; sunt viscera dñi omni homini pœnitenti. 1. q. fi. c. episcopũ. dãnabile ergo est ꝙ asserit in cõtrariũ. ¶ Nõ obstat psal. ille: audite cœli q̃ loquor: in cõtrarium adductus: eo q̃ Moyses per modum carminis populũ Israel cõminãdo: q̃a in cõspectu Dñi peccabat, illud in medio eorũ produxit, & insinuauit, eorum vitia reprobãdo, & eos castigãdo: vt pater filios quos diligit. c. nõ omnis. 5. q. 5. postea tñ ante eius mortẽ eos benedixit. Comẽdauitq; Moyses dicẽdo, beatus tu Israel, quis similis tui &c. Deutero. 33. ¶ Nec obstant etiam dicta Pauli ad titum. 2. 1. ad Thimo. 3. ad Thesa. 1. ca. 2. Paulus enim eos vt filios castigãdo reprehendit vt filios: vt alle. c. non omnis. nec est dicẽdum, ꝙ Pauli reprehensio fuit temeraria, causa diffamandi ad fidem xp̃i cõuersos, cum ipse erat talis: sed fuit potiꝰ imperosa, vel socialis eius reprehensio causa corrigendi: vt notat glo. in. c. nolite. 21. di. nec etiã suã dirigebat reprehensionem ad bonos, sed ad malos tm̃ quos etiam nos reprehendimus: alibi autem commendat bonos Paulus ad Collo. vlti. vbi inquit, qui sunt ex circuncisione, hi soli sunt adiutores mei in regno Dei, qui fuerunt mihi solatio, &c. dure nanque in tactis & alijs locis Paulus voluit malos qui de circuncisione erant docere, castigare, & reprehendere, vt sani fierent in fide: vt ad Titũ scripsit: vbi supra. Non tamen voluit eos eradicare, & diffamare, cum eos lucrifaciebat doctrinam domini sequendo: vt supra dictum est. ¶ Item non obstat lex fori iuzgo in contrarium producta: quia lex illa autentica non est: nec etiam liber ille est autenticus, nec seruatur in Hispania: & cum sit antiquissimus, illa lex est iam correpta per legem contrariam. 7. parti. titulo. 24. l. 6. supra alle. quæ est posterior, etiam si de illa mentionem non faciat: vt no. in. c. 1. de consti. li. 6. ¶ Item licet auct. esset, loquitur tantum de his qui faciunt dolum contra fidem Christi, & blasphemant Deum, & seruant Iudaicos ritus: quod patet ibi dum dicitur: si el que miente. & ibi dum dicitur: haze engaño contra la fe. Et est expressum in. cap. non potes. 2. q. 7. vbi ponuntur illius. l. verba: & eius verus intellectus, qui loquitur de his qui in fide Christi preuaricati sunt: & à fide recesserunt, qui christiani nominari non debent, cum Christi opera non sequuntur, & suam deserunt fidem: vt in. c. cauete. 23. quæst. tamen prauus esset generalis intellectus, scilicet quod boni etiam christiani nouiter conuersi comprehenderentur: quod absit, vt supra dictum est.

¶ Item nec obstat allega. ca. constituit. 17. q. 4. in eo ꝙ dicit de Iudæis: & de his qui ex eis sunt, nõ exprimit đ xp̄ianis: ideoq; non debet extendi ad eos qui Xp̄i fidē & baptismum receperunt, sed ad Iudæos tm̄, qui fidem Xp̄i nunꝗ cognouerunt, ꝙ patet. Et est iste sanus intellectus, per. c. nulla officia. 54. di. quod de Iudeis tantum loquitur ibi, dum dicit: nulla officia publica Iudæis iniũgantur: per queeius occasio tribuat pœnam xp̄ianis inferre: & ista fuit intentio glo. in alle. c. constituit: in eius remissione ad dictum. c. nulla officia. & sic intelligit ibi illud. c. Bartholomæus brixiensis in casus positione: ꝙ approbat rex Io. primus in curijs de Briuiesca cum maturitate suorum de consilio. 67. quæ disponit, ꝙ Iudæ⁹ officium nõ habeat ꝓpter ꝙ ei detur occasio dñādi in xp̄ianum: ideoq; de iure regni sacrilegum est Iudæis supra xp̄ianos iurisdictionem dare. 1. parti. ti. 18. l. 2. & 7. parti ti. 24. l. 3. & est expressum in. l. fi. C. Iudæis & cœlicolis. ¶ Item alle. c. constituit. loquitur ẜm ordinariam glo. ibi de his qui sunt de familia Iudęorum: quorum cõsortia sæpe bonos corrumpunt: vt in. c. sæpe. 28. q. 1. & sunt eiusdem erroris participes: vt colligitur iste sensus ex. c. si habes. 24. q. 3. & ex. §. sed his exemplis. 1. q. 4. absurdum tamen esset ꝙ de illo loqueretur, qui per sacri baptismi vndā gratia Dei resurgit à lapsu & in se ipso ab eo qui genuit alter est effectus: vt in. c. iā i. aq; 1. q. 4. ¶ Item Archi. in rosario in dicto. c. constituit remittit eius intellectum ad. c. plerią; de conse. di. 4. quod loquitur de his qui blasfemant Xp̄m, Iudaicos ritus perpetrādo, vel abominandas circuncisiones exercendo: tales enim sunt christianæ dignitatis transgressores: vt ibi, & eorum perfidia qñq; ad vomitum redit: vt. ca. Iudæi. e. di. & sunt in fide suspecti: vt alle. c. non potest. & sunt in Xp̄m præuaricantes: vt. c. Iudæi. 1. q. 4. & sunt multo nequiores hostes fidei quam illi qui foris sunt: & euidēter inimici sunt: vt. ca. si inimicus. 93. di. 11. q. 3. nolite. in fi. non immerito tales non solū ab officijs publicis repellendi sunt, nec in testes sunt admittendi, sed etiam si incorrigibiles, & relapsi fuerint in infidelitate: vt hæretici sunt puniendi: vt in. c. contra xp̄ianos. de hæreticis. lib. 6. intelligitur etiam de apostata qui à fide recedit: vt al c. non potest. de quibus potest intelligi illud Iob. 24. Ipsi fuerint rebelles lumini, nescierunt vias ei⁹: nec reuersi sunt per semitas illius: melius erat talibus viam veritatis non agnoscere, quam post cognitam retrorsum conuerti. 2. Pe. 2. in fin. contra quos dici potest, non est tibi sors nec pars in hac fide: quia cor tuum non est rectum apud Deum, nec purā habes fidei conscientiā. 1. q. 1. Petrus. in talibus enim vmbra quędā offendit in opere, veritas tñ non subijt in effectu. c. quāto. in fi. de cõsuetu.

¶ Hi nāq; apostatę veterē hominem omnino nõ exuerunt, vt nouo perfectius induerent, & prioris ritus reliquias retinētes, xp̄ianę religionis decorē tali cõmixtione cõfundunt: maledicti eñ tales hoīes qui terram duabus ingrediunt vijs: & indui veste non debent lino lanaq; contexta. vt. c. quidā. de apostaticis. Nemo nāque filius Dei & diaboli simul esse põt: nec duobus põt dñis seruire: đ pœni. di. 1. §. item vt Xp̄s ait. cum iam legis obseruatio non est apud Iudæos, sed translato sacerdotio legis, translatio fuit facta: vt. c. translato de cõstitu. vbi de hoc. Hæreticum tamen esset, ꝙ alle. c. cõstituit. extēderetur ad xp̄ianos, qui sua sponte paternam maliciam detestati sunt, & propria mentis conuersione credendo saluantur, vel ad eos qui vero corde, mundaq; cõscientia, cum fidei integritate, & animi puritate accedunt: vl ad eos qui imitatione fidei, & iustitiæ successerunt in filios Abrahæ: siue de genere Iudæorum, siue gentiliũ ꝑueniant: vt. §. item opponitur. 22. q. 2. vel ad eos qui sancto deliberationis arbitrio, & salubri proposito gratis Deo conuerti disponunt, ꝙ p̄sumit: tunc enim cordis oculus nube erroris obductus supernæ illustrationis lumine fit serenus. Constat nanque eos sacramentis diuinis associatos, & baptismi grām suscepisse, & crismate vnctos esse, & corporis dñi participes stetisse: per talem indiscretam differentiam nomē dñi blasfemaretur: & fides quā susceperunt viles, ac contemptibilis haberet: vt c. de Iudæis. 45. di. talis eñ differentia per apostolū reꝓbatur, vt. s. & vnusquisque recipit scd̄m suā virtutem: & vbi causa nõ haberet vitium nõ imputatur: vt est exp̄s sunt in casu isto: in. §. his omnibus. & in. c. neophitus. 61. di. ¶ Item alle. c. constituit: regulariter loquitur de his qui in fide non sunt radicati, & informati: sed sunt multum noui, & repente volunt ordinari, vel beneficia, officiaque publica habere: quod non licet, fidei doctrina in eis deficiente: vt. §. 1. per totum. 48. di. sed si libenter fidei zelo informati accedant, omnis in eis cessat suspitio, maxime si per temporum interstitia. 5. vel. 7. annorum sunt in catholica fide inueterati. Ex tunc verò neophiti iam dici non valent: ar. in. c. in singulis. 78. dis. & sic intelligitur glo. in. §. vl. 48. dist. super parte repente. Nam cum neophiti dicantur, non solum qui nuper ex vita gentilium, vel Iudæorum erant, & nunc ad spiritualē baptisma nouiter venerūt: vt. c. quoniam multa. 48. di. sed etiam qui propositum sacrę religionis nouiter assumpserunt, vt ibi: & omnes isti æquiparant & ꝑ tēporum intersticia ad ordines, & beneficia possunt ascēdere: ꝗ intersticia iam sunt determinata per all. c. in singulis. & facit ad hoc tex. in. c. longinquitate. 12. q. 2. vbi lõginquitate sæpe fit temporis vt pateat conditio originis: vt sæpe ponit exemplum in liberto: qui per. 10. annos stetit in libertate liber habetur: vt ibi gl. & est text. in. c. licet de coniu. seruo. ¶ Intersticijs ergo de cursis iā non neophiti, sed in fide dicuntur inueterati, quanto magis horum filij, & alij descendentes qui fideles sunt, vt est expressum in all. c. Iudæi. 1. q. 4. & cum per tot annos nouiter conuersus in Christi fide persistit malum in desuetudinem ducitur & abhorretur: bonum verò ex consuetudine dulcescit, & incipit quod durum erat amari: vt. c. iam verò. §. timor. 23. q. 6. de talibus enim allegatum. c. constituit: non loquitur per iura supra alle. ¶ Item alle. c. constituit: de his Iudæis loquitur, q coactè & inuiti, & retinentes, seu reclamantes feruntur ad fontes, nec diuina grā sunt vocati: vt no. glo. in alle. cap. contra christianos: de hereticis. li. 6. non immerito tales iudæorum nomina non amittunt: vt alle. c. sæpe. 28. q. 1. Nam in tali sacramento male accepto non percipitur gratia: ideo caret effectu, vt notat glos. in. §. si ergo. ver. sed notandum. 1. q. 1. Omnibus tamen baptizatis, etiam fictè recipientibus quo ad characterem & gratiā gratis datā efficacia passionis Xp̄i applicatur: sed non prodest fictè recipientibus baptismum quo ad gratiam gratum

gratũ faciens, nisi cũ ficto illa recesserit:vt in cle.vnica. §.fi.& ibi glo.de summa.trini.nec baptizatus virtutem consequitur,quã nemo sine fide consequi potest : vt. §. alij formã. 1.q. 1.qđ autẽ de his loquitur alle.§: in cõtrarium traditũ patet manifeste: nã vt ex ipsius suprascriptione colligitur,fuit in cõcilio Toletano factum, tempore quo religiosissimus rex Sisebundus, qui de genere erat gotorũ in Hispania regnabat,& Iudæi p eũ coacti sunt ad Xpianitatẽ venire,vt patet:& est expressum in all.c.Iudæis.45.di.& cũ sic erant coacti fidẽ nõ seruabant,& ad ritus reuertebantur Iudaicos:iusta ergo fuit illa ex causa, qa erãt in fide suspecti , vt ab officijs publicis,& etiã à testimonio repellerẽtur:pro varietate nãq; tẽporũ varia inuenitur dispensatio conditoris. Nã promissum erat Abraę ꝙ in semine eius benedicerẽtur omnes gentes:promiserat quoq; Deus se daturum semini eius tenetur peregrinationis suæ . Cum ergo cæteris in idolatria relictis Abrahã, & filios ei⁹ in propriũ pplum sibi dñs elegisset:& in successione sanguinis erat successio fidei,& sacerdotalis officij:qa vero per incarnationẽ Christi gratia fidei vbique dilata est:nec dicitur:dic domui Iudę,vel domui Israel:sed euntes docete omnes gẽtes,& in omni gẽte quicunq; timet Deum, & operatur iustitiam acceptus est illi:nec electio muneris quæritur in successione generis,sed in perfectione vitæ,& synceritate scientiæ:vt hæc omnia in.ff.his ita.32.q.4.sequitur ergo ꝙ alle.c.constituit:non nisi tantum de infidelibus loquatur,& de non veris Xpianis , qui ritus exercent Iudaicos, & coacti ad fidẽ venerunt:& sic video ex suprascriptionibus oĩm decretorum de hac materia loquentium:ꝙ tunc tẽporis in cõcilijs Toleti oĩa fuerunt statuta:& etiã tunc illa iura non repellebãt filios istorũ, sed eos admittebant:vt in dicto.c.Iudæi. 1.q.4.& in alle. l.fori iuz.esset enim absurdum,ꝙ dicta iura intelligerentur de his cõuersis,qui diuina gratia vocati,sponte, non coactę fidei deuotionisque feruore vnda baptismi sunt abluti:in talibus.n.causa cessat prohibitionis:vt.§. dixi. & est expressum in dicto.c.neophit⁹.61.di .Ex supradictis vero sanus & verus colligitur intellectus dicti.c.cõstituit ex distinctione sequenti : ꝙ aut loquimur de Iudæis qui nullum baptismũ receperunt,nec fidẽ Xpi cognouerũt:& tales non admittũtur : vt alle.c.nulla officia.54.di.& sic vno modo intelligitur alleg.c.constituit. Aut loquimur de his qui sunt baptizati, & tunc subdistinguo,qa aut quærimus de his nouiter baptizatis , aut de eorũ filijs,vel descendẽtibus.In primo casu subdistinguo,aut quærimus de his qui zelo fidei infirmati ad baptismum accedunt : aut de his qui coacti & inuiti feruntur.In primo casu admittuntur ad beneficia consequẽda:vt all.c.eã te de rescriptis.&.c.neophitus.61.di.& ad publica officia obtinenda:vt in iuribus.§.alle.signanter. 7.parti.ti.24.l.6.& admittuntur etiã ad ecclesiasticos ordines post intersticia temporum:vt.c. 1.&per totũ. 48. di.¶In secũdo vero casu quando.s.inuiti & coacti feruntur,& tunc aut isti Christi legem non custodiunt:& tũc aut blasfemant Xpm:vel Iudaicos ritus perpetrãt: seu abhominandas circuncisiones exercẽt,& tales repellũtur:vt alle.c.pleriq;.de cõse.di.4. & sic alio modo intelligitur.c.cõstituit.secundũ glo.ibi.aut nõ seruant Xpi legẽ propter ignorãtiã:vel quia lapsi sunt corrigibiles : vt alle.c.de Iudæis.45.dis. tũc prius debent in ea informari:quia repente non admittuntur, donec cã cesset prohibitionis,& sint in fide per temporũ intersticia muete rati,& informati:vt alle.c.fi.48.di.& alle. c . neophitus. 61.di.cũ supra notatis : & sic loquiť alio modo dictũ.c. constituit.aut quærimus de istorũ filijs fidelibus: & tales indistinctè admittuntur:nec possunt repelli,cũ neophiti nõ sunt:& in eos causa cesset prohibitionis:vt all. c.Iudæi. 1. q. 4.Et licet ista distinctio de iure colligitur manifeste per iura.§.alle.Illustrissimus insuper rex Henricus dñi nostri regis. Io.2. genitor cum consilio laudabilis memorię Petri Thenorio Archiepĩ Toletani:& cum maturitate suorũ de cõsilio dicta.l.fori iuz.declarando: & hoc scandalum à regno suo radicitus extirpando,statuit,& priuilegiũ cõcessit,ne deinceps hmõi ptextu aliquis fideliũ nouiter ad Xpi fidem conuersus,repelleretur ab officijs publicis,seu ab alijs priuilegijs & libertatibus xpianorum sub certis & grauissimis pœnis: per quę priuilegia penitus videtur dicta hæretica opinio sublata & destructa:vltra iura.§. alle. nec etiã obstat priuilegium qđ isti nefandi dicũt ciuitati Toletanę cõcessum:quia illud effectũ nõ habet:tũ quia per non vsum perdidit vires suas:vt.c.accedentibus.&.c.si de terra.de priuile. tũ quia per cõtrariũ vsum est sublatum : vt in dictis iuri.& in.c.cum accessissent.de cõstitutiõ. quia causa priuilegij cessante cessat & priuilegiũ:vt in vulgaribus iuri.continetur:tũ quia per.l.particæ supra alle.quę est posterior reuocatũ:vt.c. 1.de consti.li.6.tũ quia per dictam regis Hen.declarationẽ penitus est destructũ: tũ etiam qa intellectus eius refertur ad auctoritates & iura.§.allega.vt dixi . ¶O ergo gloriosa ciuitas Toletana propter ciuiũ tuorum maliciã tua gloria redditur sine gloria:tua stabilitas vocatur instabilis: tuę que constantiæ antiqua soliditas linguis hoĩm vocatur infirma:vt. c. fundamẽta.§. quid plura.de elect.li.6.hinc est ꝙ per varietatẽ & incõstantiam ciuium ciuitas infirmatur,& rebellio est delictum cõcernens ciuitatẽ,& sic res inanimata dicitur delinquere:vt ibi notãt doctores,in.c.dilecto. de simonia. hi.n.antiqui nũcij tantam in Xpi pplo zizaniam vitassent,si veritatis sniam solida cordis aure pensassent: qui scãdalizauerit inquit vnũ de pusillis istis,qui in me credunt,melius erat ei vt ligaretur mola asinaria collo eius & in profundum maris mergeretur Matth. 18.&.c.nisi cũ pridẽ.§.pro graui.in fi.de renũ.nemo , enim salubere sibi ita stipendiũ credit,qui nõ mallet debere se delere q̃ pro eo tanta fieret turbatio:iuxta dñicum verbũ: vę homini illi per quẽ scandalũ venit.Matth. 18.hi autẽ inuidentes adeò,imitandi nõ zelo fidei sed typo maliciæ talia loquuntur nefanda contra id:odio habeantur peccata nõ homines.86.di.odio.23.q.4.duo.nõ Xpiani sed Xpi lupi nominari merentur:nam Xpianos se esse mentiuntur,cũ à Xpo deuiant,& opera eius non faciunt: vt c.cauete.22.q.5.& Xpianã vnitatẽ separare contendũt: vt.c.si vos.23.q.5.hæretici.enim sunt qa aliter scripturam intelligunt q̃ sensus spũssancti flagitat: à quo scripta est.vt.c.hæresis.24.q. 3. & peruersum dogma contra fidẽ docent:vt.c.inter schisma.e.ca.&.q.nouas & falsas opiniones sequuntur,& qui his credunt imagmatione quadam veritatis sunt illusi:vt.c.hereticus.e.ca.&.q. heretici namq; sunt,quia morbidũ prauumq; sapiũt,pe

stifera & mortifera dogmata defendere persistūt.c.q in eccl'ia.24.q.3.suas falsas ac peruersas sentētias ptinaciaīositate:& suę presumptionis audacia defendere conatur:vt.c.dixit ap's.e.cā.&.q.Odit.eñ Deus inter frēs seminātem discordias:pver.6. Fres eñ sunt oēs Xpiani. 11.q.3.c. ad mēsam. præmissos autē de testabiles ac execrādos errores ne propagentur vlterius:& ne per eos corda fidelium damnabiliter corrumpantur:necessario ab ecclesia prælati extirpare tenentur: vt cle. fi.de hæreti. O ergo Deo infesti insanique qui maculastis vnicā Xpi spōsam. s. catholicam fidem vnico tantū spōso cōdignā:tunc incōsutilē Xpi tunicā denuo lacerastis:vt.c.sicut dñi.16.q.7.Cōtra vos eñ dicit Dñs Deus Israel Iere.23.vos dispersistis gregē meū, & eiecistis eos,&nō visitastis eos.Ecce ego visitabo sup vos maliciā studiorū vīorū ait Dñs:& cōgregabo reliquias gregis mei de omnibus terris ad quas eiecerā eos illuc,& cōuertā ad thura sua:& crescēt,& multiplicabūtur,& suscitabo super eos,& pascēt eos,& non formidabunt vltra,& non pauebunt,& nullus quæretur ex numero dicit dñs:& sequitur.Ecce turbo dñicę indignationis egredietur:& tēpestas dirūpēs super caput impiorū veniet:non reuertetur furor dñi vsq; dū impleat cogitationē cordis sui:qa volūt facere vt obliuiscatur populus meus nominis mei ait dñs Iere.23.&c.explic.Deo grās.

¶La ley.Quæ est.j.e.li.ti.de las penas.l.12. Vltimo no. ad istā.l.q̄ vba cōtumeliosa ex iracūdia, nō ex deliberatione sepe pcedūt:cui debet hō cū rōne resistere:qa est virt⁹ nobilitatis mētem refrænare furētē: iuxta notata per Io.An.in.fi.Martinianę.nā restringēda est sub rōne volūtas.c.illa.11.q,1.Vnde Grego.31.moraliū.Rñsio mollis frāgit iram,sermo dur⁹ suscitat furorē, vir iracundus prouocat rixas,qui est patiens suscitatas mitigat,& qui ad indignandū facilis est,erit ad peccata procliuior: & vide qđ circa hoc notat Hen. in.c. si rixati.extra.e.ti iuxta illud:prius veniat sermo ad lunā q̄ ad linguā: no. 50.di.pōderet.in prin.2.q.1.pmo.&.q.6.decreto.¶Itē qñque grauis iniuria honestatis colore velatur: vt notatur in.l.dudū.C.manda.¶An autem dicta vel facta iniuriose cū calore iracūdiæ pñt per pœnitētiā reuocari : vide Henr.in.c.si culpa.2.di.extra.eo.ti.

¶Additio. Concuerda conesta ley la ley primera e 10.de la.7.paitida tit.de las fuerças,e la dicha ley. 10.pone ciertos casos en los quales esta ley no ha lugar.vey la ley.15.de la.7.parti.ti.15.& cōcuerda la ley.18.del dicho titulo.

Titulo.4.de las fuerças y de los daños.

¶*Ley primera.*



SI algun ome matare atuerto,[a] bestia, o ganado, o le diere ferida, porque vala menos, pechele otra tal[b], o la valia[c] a su dueño: e la muerta o la ferida, sea suya: e sobre esto peche demas ciēt marauedis de pena al dueño de la bestia si fuere bestia, o ganado mayor: e si fue-

a Si algun,a tuerto.Nota q̄ ad hoc q̄ habeat locū pœna huius.l.vel pœna.l.Aquil.requirit quòd quadrupes vel pecus iniuria occidat: & q̄ occidentis culpa præcedat: vt.l. 2.in prin.cum.l.se.ff.ad.l. Aquil.& sic no.q̄ ista actio requirit culpā, qđ secus est in actione de pauperie:vt.ff.si quadru.pau.fe.di.l. 1.§.1. & attēde hic,q̄ ista culpa intelligitur esse pbata,eo ipso q̄ pbatū erat dānū.vt.l.si qs fumo.§.1.ff.ad.l. Aquil.& Cy.in.l.contra negantē.C.eo.ti.ar.in.l.1.C de siccarijs fm Marsil.ex quo nota,q̄ vbi lex reqrit factū qualificatū,vt dānū cū iniuria,vt hic,nō sufficit factū probari, nisi & qualitas illa pbet:facit.ff.de vi bono.rap.l.2.§.2. probatur tñ qualitas hic præsumptione iuris. s. facto probato: ex quo potest argui ad statutum loquens de homicida: q̄ sit inhabilis ad officia publica: quòd non comprehendat illum qui hominē occidit iustitiam exequendo: nō enim dicit ipse occidere, sed lex:vt. ff.de ritu. nup.l. palā.§.fi.vñ alibi dicit: delictū tuū te punit,nō ego:ita no.glo.ff.de pba.l.cum proba.& q̄ me.cā.l.accusationis.& de his q̄ ad eccle.cōfu.l.seruus.& qđ notat Florian⁹ in.l. 1.§. cū arietes.ff.si q̄dru. pau. fe. di.& facit.l.fi.C.quādo lice.vni.sine iudise vēdi.talia ergo statuta debent intelligi de homicidio punibili,nō de pmisso,qđ pœnā nō meret:vt.l.Gracc⁹. C.de adulte.¶Sed qđ si iniuria dñi seruus sit verberatus vel occisus,an poterit dñs cōtra occidētem iniuriarum agere:vel pœnā.l.Cornelię intētare?Et rñdeo fd Florianū in.l.sed & si.§.iniuriam. ff.ad.l. Aquil. qđ in tali casu poterit agi iniuriarū ad vindictā per dñm:in quo principaliter debet haberi æstimatio soli⁹ cōtumeliæ:nō autē hoc casu pōt agi.l.Corne.per dñm:etiā si iniuria sua seruus sit occisus,seu vulneratus,cū dñs in corp⁹ suū pass⁹ nō fuerit:agere nō pōt Corne.vt.l.Corne.§.illud. & ibi casus.ff.de iniurijs.nec obstat.e.ti.l. nō solū.in prin. vbi mādās tenetur Cornelia nō violādo literā,licet gl.ibi aliter,sed cōiter reprehēdit:qa verū est q̄ tenet ipsi verberato,vel pulsato:& hoc qa vba legis Corneliæ ex parte inferētis sūt inesse:& ideo cōprehendūt etiā mādatorē: sed ex pte patiētis sunt in psonā:& ideo nō cōprehēdūt illā cui infert iniuria per quādam cōsequentiā : qđ nota bene.¶Itē quæro an si dānū sit iniuriosè datum possit quis criminaliter cōdēnari:glo. notāter dicit,q̄ sic:in.l. vlti.de priua.delic.qđ est intelligēdum qñ dānū est datum dolo,vel lata culpa,vel forte leui, secus si leuissima culpa,quia tūc nō oritur actio ciuilis pro aliquo delicto mūdi:vt elegātur notat Cy.C.de episcopis & cle. l. si qs nō dicā rapere.¶Itē nota à contrario sensu huius verbi Aduerto,q̄ commissum sine dolo,vel culpa nō est punibile:nā ascribit fortuito casui:vt.ff.de admi.tu.l. fi.in fi. & de siccarijs.l.infans.& casus fortuitus nunq̄ punitur per modū criminis,vel aliàs. facit.ff.de offi.præsi.l.diu⁹ &.ff.de parrici.l.pe.§.fi.

b ¶Otra tal. Aliter de iure.vt.l.2.in princi.ff.ad.l. Aquil. vbi cōdemnat dare dño quanti in eo anno plurimi fuit: ex quo nota,q̄ actio legis Acquilię cōpetit ad interesse concor.insti.eo.ti.in prin.

c La valia. Nō tñ fm affectionē debet estimari,sed quāti oībus valet ptia:eñ rerū nō ex affectione nec singulorū vtilitate,sed cōiter æstimātur:vt.l.si seruā.§.1.ff.ad.l. Aquil.varia eñ sunt pretia rerum:vt.ff.de eo q̄ cer. lo.

Lideo

re ganado menor pechelo doblado[a]: e si fuere cā[b] peche quanto valiere.

¶Ley. ij. que pena ha el que corta arboles de fruto de otro.

SI algun ome tajare arboles[c] que lleuen fruta, sin plazer[d] de su dueño, peche por cada vno[e] tres marauedis, e si no diere fruto, peche por cada vno dos mrs: e si aq̃l q̃ tajare lo lleuare[f], o mandare lleuar, pechele con otro tal a su dueño, o el precio sobredicho doblado, sobre la caloña sobredicha del tajar.

¶Ley. iij, que pena ha el que tajare viña agena, o derraygare.

SI alguno viña agena tajare, o derraygare, o quemare, peche a su dueño[g] otras dos tantas,[h] e tan buenas sin aquellas q̃ daño, que deuen fincar a su dueño.

kiō.&.ff.ad.l.Fal.ci.l.precia rerū.&.l.3.§.fi.tm̃ enim valet res quantū cōmuniter vendi potest: vt.ff.de iure fis. l.non intelligit.§.diui fratres.&.ff.ad.l.Falci.l.3.in prin. &.l.querebatur: & ad Trebel.l.1.§. si heres. nota etiam, quòd in.l. Aquil. habetur consideratio lucri admissi: vt allieg.l.si seruum. adde etiam prædictis, q̃ æstimatio de qua hic secundū præsens tempus de facili probatur vno modo per iudicem qui potest æstimare: vt.l.fi.C.de iure do. alio modo per æstimatores assumendos: vt.l.hac edictali.§.his illud. C. de secun. nup. & in corpore de non alienandis. §. quia vero leonis. & Azo. in summa, ti. de.l.Aquilia. Et est notandum, quòd possunt æstimatores etiam post didiscita testificata: secundum Bal. in.l.2.ante fi.C. de rescin. ven. alio modo potest fieri si alia vice subastetur: & facta sit venditio secundum primam: quod dic vt latius per Floria. in alle.l.si seruum.

a ¶Doblado. cur tam variè ponitur hic pœna. & pōt esse ratio, quia non æqualem voluit esse pœnam huius.l.cōditor p̱ maiori, sicut p̱ minori pecude vel bestia occisa nam.5.morabetini plus valent q̃ vnum pecus de minoribus. ¶Item potest esse ratio, quia satis punitur occidens q̃ soluat æstimationem maioris bestię vel quadrupedis, quæ est magni valoris: cum pœna.5.morabetinorum: occidens aūt minorē quadrupedē, si solueret occisam: & insuper pœnā.5.morabetinorū, excederet fortè pœna valorem peccoris occisi contra.c.quæsitum.extra de his quæ fi. à maiori parte capituli.

b ¶E si fuere can. ideo facit hanc differentiam, quia canis inter pecudes non est, quia nō gregatim pascit: vt insti. ad.l.Acquil.§.2.& alle.l.2.§.fi.ff.eo.ti. ¶Item quia canis non tantam affert vtilitatem domino vt pecus: ideo solum æstimationem occidens soluere tenetur: vt hic. & vide foro iuz.li.4.ti.4.l.13.

¶Additio. Concuerda con estas dos leyes.2. e.3. la ley.28.de la.7.partida, titu.15.que dize, que qualquiera persona que cortare, o arrancare arboles o viñas a mala intencion, que el que hiziere el tal daño es obligado alo pechar doblado al señor, e puede ser accusado del tal delicto como ladron: y el señor tiene escogencia de lo accusar, o del furto, o de le pedir el daño doblado: e si el daño fuere grāde, deue morir por el, e si tal no fuere, el juez lo ha de castigar a su aluedrio: pero si el arbol de vno echare las ramas en la casa de otro, puede pedir al alcalde que haga cortar las ramas: e si el juez viere que dello rescibe daño, deuelo mandar cortar: e si mādado no lo quisiere hazer, aq̃l que el daño recibe lo deue mandar cortar sin pena: sobre loqual vey la dicha ley.28. que singularmente dispone.

c ¶SI algun, arboles. Quarum arborum appellatione & vites contiuentur: vt.l.1.§.arboris.ff.de arbo.ceden. &.l.vitē.ff.arb.fur.ces. ¶Item nota incidenter ad hanc l. quòd possum contra te proponere interdictum, ne mihi vim facias, quominus de tertia in tertiam diem vadam ad fundum tuū ad colligendum fructus cadentes ex arbore mea: vt.l.1. de glande legenda. ff. si tamen essent fructus tales qui corrumperentur vna die, possum agere quod mihi liceat ire qualibet die ad fructus colligēdos: vt ibi no. Bar. in fi.

